

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Sortilegium et diuination a
cum fonte primo et editione 1550

Varro dixit diuinationum quattuor esse genera:
terram, aquam, aerem et ignem. Id est geomanciam,
ydromanciam, aeromanciam, pirromanciam dictam
augtomant.

Diuini dicti sunt quasi Deo pleni. Diuinitate enim
se esse plenos simulant et astuta quadam fraudulencie
hominibus futura coniecturant.

Augustinus in libro de natura demonum.

Varro dicit diuinationis quattuor esse genera,
terram, aquam, aerem et ignem. Hinc geomantiam,
hydromantiam, aeromantiam, pyromantiam dictam.

Divini dicti, quasi deo pleni: diuinitate enim
se plenos adsimulant et astutia quadam fraudulenta
hominibus futura coniectant.

Duo sunt [autem] genera diuinationis: ars et furor.
Incantatores dicti sunt qui artem uerbis peragunt.

Isidorus Hispalensis, *Etymologiarum libri XX.*, 8.9.13-15
(W.M. Lindsay ed., vol.1, n.p., ll.6-12).

In quibus omnibus ars daemonum est ex quadam
pestifera societate hominum et angelorum malorum exorta.
Vnde cuncta vitanda sunt a Christiano, et omni
penitus execratione repudianda atque damnanda.

Isidorus Hispalensis, *Etymologiarum libri XX.*, 8.9.31
(W.M. Lindsay ed., vol.1, n.p., ll.23-26).

Varro dixit quattuor esse diuinationum genera:
terram, aquam, aera et ignem. hinc geomanciam,
ydromanciam, aeromanciam, pirromanciam dictam
constat.

Diuini dicti sunt quasi Deo pleni. Diuinitate enim
se plenos simulant et astutia quadam fraudulenta
hominibus futura coniectant.

Duo sunt autem genera diuinationis ars et furor.
Incantatores dicti sunt qui peragunt uerbis artem.

Sunt arioli. sunt aruspices. sunt augures. Qui et auspices
et sortilegi. auspicia et auguria. sunt phytones genetliaci. sunt
salisatores. sunt et prestigia.

Cuncta autem haec sunt a Christiano uitanda. et omni
penitus exacratione repudianda atque damnanda.
nam in his omnibus ars daemonum est ex quadam
pestifera societate hominum et malorum angelorum exorta.

Isidorus libro 8. capitulo 9. ubi plenius de omnibus agitur et
ex Augustino in decreto quaestione 26.

Flores omnium fere doctorum (Venetiis, 1550), fol.489r.